



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Capvt Decimvmoctavvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

ARGVMENTVM.

Babylonis, hoc est, Romanæ vrbis in fine mundi euerfionem, quam superiori capite Angelus veluti in summa perstrinxerat, nunc alius Angelus luculentius explicare aggreditur: quam ob causam non necesse est nouum hoc capite commentarium inchoare, sed satis erit persequi præcedens.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.



ET post hæc vidi alium Angelum descendentem de celo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine, dicēs: Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immūda, & custodia omnis volucris immūda, & odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de celo dicētem: Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorū eius, & de plagis eius nō accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælū, & recordatus est Dominus iniquitatē eius. Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo, quo miscuit vobis, miscete illi duplum. Quantū glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentū, & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum nō videbo. Ideo in vna die veniēst plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne cōburetur: quia fortis est Deus, qui iudicabit illā. Et flebunt, & plangent se super illā reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incēdij eius: longē stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius, merces auri & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & ferici, & coeci, (& omne lignum thynū, & omnia balsa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & aramento, & ferro, & marmore, & cinnamomum) & amomum & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similia, & tritici, & iumentorum, & onium, & equorum, & rhedarum, & man-

cipiorum, & animarum hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pinguis, & præclara petierunt à te: & amplius illa iam non inuenies, Mercatores horum, qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes, ac lugentes, & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnis, qui in lacum nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua & clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari, de pretijs eius, quoniam vna hora desolata est. Exultâ super eam cælum, & sancti Apostoli, & Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur. Et vox citharædorum, & musicorum, & tibia canentium, & tubæ non audietur in te amplius, & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius: & lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te, quia mercatores tui erant principes terræ: quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes, Et in ea sanguis Prophetarum, & Sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

Visio imaginaria huius capitis ad literam explanatur.

S E C T I O III.

- i. **R**imum vidit Ioannes alium quendam Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam. *Et terra illuminata est à gloria eius*, hoc est, tanto splendore radiabat, vt terram vniuersam lucis suæ magnitudine collustraret. Hunc Angelum doctores communiter Christum interpretantur, (cæque expositio nobis probatur) qui de cælo descendisse dicitur per incarnationem: habere etiam potestatem magnam describitur, terramque splendore suo illuminasse: quia Christus vniuersum terrarum orbem doctrinæ suæ fulgore compleuit, & ignorantia, infidelitatisque tenebras veritatis suæ radiis dispulit. Ita Primasius, Rupertus, Richardus, Haymo, Pannonius, & alij hoc loco sentiunt. Secundo, Exclamauit idem Angelus: *Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immunda, & odibilis, quia de vino ira fornicationis eius biberunt omnes gentes: & Reges terræ cum illa*

Per Angelum
Christus hoc
loco.

Primas.
Rupert.
Richard.
Haymo.
Pannon.

illa fornicati sunt: & mercatores terra de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Franciscus Ribera existimat Romam vsque adeo vastandam, miserimamque incendio delendam, vt in desertum, & solitudinem euadat, fiatq; habitatio bestiarum, & Daemoniorum, quae desertis locis delectantur. Eodem enim sensu dicitur de Babylonis euerfione apud Esai. c. 13. *Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem, & generationem: nec ponet tibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiae, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi: & respondebunt ibi vlula in adibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.* In quem locum D. Hier. ait per haec omnia vastitatis, & solitudinis signa monstrari, quod tanta sit futura vrbis quondam potentissimae depopulatio, vt praeter multitudinem Daemonum, ac bestiarum nullus in eam audeat, paltorum intrare. Sed nobis illud etiam dicendum videtur cum Aretha, Primalio Ambrosio Ansberto, Haymone, Ambrosio, & aliis hoc loco, idololatriam eius vrbis significari, defecturamque esse Romam a fide, atque adeo futuram habitationem Daemoniorum, & omnis spiritus immundi, & vltimae immundae ob execranda flagitia, idololatriaeque superstitionem, quae tunc temporis in Romana ciuitate, Romanoque imperio late grassabitur.

Ribera,
Roma desertum fiet.

Esai. 13.

D. Hieron.
Habitatio
Daemoniorum,
&c. propter
idololatriam.
Arethas.
Primas.
Ansbertus.
Haymo.
Ambros.
II.

Reliqua omnia, quae in hoc capite memorantur, pertinent ad eandem Romanam vrbis vastitatem, incendiūque explicandum, describendumque luctum Regum, ac mercatorum, qui ad eam mercimoniarum causa ex omnibus mundi partibus confluxerant. Lugebunt enim, dolentque, quod tam frequens, & toto orbe celeberrima ciuitas euersa fuerit, omnisque sibi in ea vrbe negotiatio sit in perpetuum interclusa. Itaque in hanc sententiam accipiendae sunt, quae sequuntur: *Quoniam inquit, peruenerunt peccata eius vsque ad caelum, hoc est, peccata eius grauitate sua, & multitudine Deum ad sumendam vindictam prouocarunt, ita vt ea dissimulare nequaquam possit. Hoc enim sensu dicuntur peccata in caelum peruenire, & clamare, vt fustis exposuimus in nostris super Ionam commentariis, ad illa verba cap. 1. Surge, & vade in Nininem ciuitatem grandem, & praedica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. Et recordatus est Deus iniquitatum eius, videlicet ad puniendum. Cum enim Deus peccata dissimulat, vindictam differt, videtur quodammodo eorum obliuisci, hoc est, habere se instar obliuiscitis. & reddere illis, sicut, & ipsa reddidit vobis.* Sermo est ad Sanctos, in quos meretrix ista variis, inique acerbissimis persecucionibus defecuit. Nec verò his verbis illi ad sumendam de Babylone vindictam incitantur cum id Dei proprium sit: sed quod Deus facere instituit, ipsis sanctis attribuit: quoniam ipsorum nomine, & causa eiusmodi supplicia inferre parat: vt cum Deus Babylonem punit, Sancti quoque ipsi per Deum, & per suam defensorum, ac vindicem easdem poenas repetere censeantur. Eodemque sensu accipiendum est, quod sequitur: *Duplicare duplicia secundum opera eius: in poculo, quae miscuit, miscere illi duplum. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date illi tormentum, & luctum.* Quo loco duplicia ad duplum, non ad culpas, & scelera Babylonis referendum est, quasi Deus duplo maiores de ipsa poenas reposcere debeat, quam eius scelera, & flagitia mereantur: sed ad calamitates, quibus Ecclesiam, fidelesque oppressit, ita vt duplo minoribus suppliciis Deus in Romanam vrbem debeat vindicare, quam fuerint illa mala, quae ipsa Ecclesia intulit. *Quia in corde suo dicit: Sadeo Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo.* Superbia Babylonis exprimitur ob imperij sui felicitate: iactat enim se, quod regina orbis, sedeat, ipsique omnes mundi Principes, ac Reges pareant, vidua quae non sit, hoc est, imperio suo, & splendore, ac diuitiis fruatur, sumpta

Luctus dei-
lus deuastatione.

Peccata quae
perueniunt
ad caelum.

Ioan. 1. 2.

Sanctorum
vindicta de
Babylone.

Superbia
Babylonia.

Thren. 1.1.

similitudine à femina vidua, que viro orbata in luctu sedet. Vnde Thren. 1. de vrbē Hierosolymorum dicta, & euersa dicitur: *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentis. Ideo in vna die veniens plaga eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus, qui iudicabit illā.* Excidium Babylonis exponitur, cū Romana vrbis à decem Regibus, de quibus sæpe diximus, excidetur, & cōcremabitur, potentissimo Deo per hosce Reges meritas ab ea pœnas deposcente.

III.

Sequitur: *Et flebunt, & plangent se super illam Reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius: longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Vae, vae ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.* Quærent hoc loco interpretes, quinam futuri sint Reges,

Quæst.

qui plangent super Romanam vrbis excidio, cum eo tempore soli illi decem Reges, qui eam euertent, regnaturi sint, qui tantum abest, vt ob versionem eius vrbis dolorem concipiant, vt potius latari, & gaudio triumphare debeant: præterquam quod non apparet, quomodo præ luctu, atque timore stent à longè timentes, ne simili supplicio, & calamitatibus implescentur: cum ipsi foli rerum potiantur, nec sit eo tempore, cuius ipsi potentiam, atque tyrannidem

Riberæ
responsio.

debeant pertimescere. Franciscus Ribera respondet eos ipsos decem Reges describilugentes ob Romanam vrbis quersionem, quoniam licet ipsi eam inferre debeant, quia tamen magnæ calamitates etiam ipsis victoribus luctum, & mortorem afferre solent: merito eorum Regum luctus, & lamenta ob tantam vrbis excidium commemorantur. Stare verò à longè propter timorem, Diuinis scilicet iudicij, quia verbentur, ne ipsis quoque similis calamitas, & supplicium diuinitus infligatur. Verum hæc diuiscula nobis videtur. Primum, quia tametsi victores soleant earum ipsarum vrbium, quas exciderunt, euersionem, vastitatem demirari: non ita tamen dolere solent, vt in eos quadret magnitudo meroris, qui hoc loco describitur *Flebunt*, inquit, & *plangent se super illam Reges terræ.* Deinde, quoniam Reges illi decem, qui Romanam vrbem euersuri commemorantur, erunt impiissimi, atque adeo non tanta pietate, Deique timore præstabit, vt tantopere Diuina iudicia reformident, vt idcirco longè stare debeant à Romana vrbē, ne similibus calamitatibus, & suppliciis implicentur, eo vel maxime, quod si tantus eorum timor ex Diuina potentia, & iustitia ortum habet, nihil eis à Romana vrbē procul esse vllō modo prodesse poterit ad Dei iram, vindictamque declinandam, cum vbiunque pedem posuerint, Diuinæ potentie subiecti maneant, nec vlla ratione possint eius magnitudinem subterfugere. Quare dicendum potius videtur Reges istos, qui videntes fumum incendij Babylonis longè stabunt præ timore, diuersos plane esse ab iis decem Regibus, qui eam vrbem euertent: esseque plurimos per orbem Principes, ac Dynastas, qui videntes Romanam vrbem totius orbis Reginam, ac Principem ab illis decem Regibus euersam, ipsi quoque similem cladem, & vastitatem regnorum suorum formidabunt, timebuntque, ne illi decem Reges in ipsos quoque arma conuertant.

Non probatur.

Nam quod dicebatur, eo tempore nullos alios futuros esse Reges præter illos decem, verum quidem est, postquam ipsi totum imperium Romanum sibi subiecerint: non autem, cum rem ipsam aggredi cœperint. Credibile namque est eos primum ab ipsa Romana vrbē auspicaturos esse bellum, eique primum excidium, & vastitatem illaturos: tum conuersuros arma in omnes Imperij prouincias. Quo fit, vt quo tempore Roma deflagabit, adhuc supersint multi Reges, ac Principes, qui audita Romæ vastitate, atque incendio similem suorum regnorum, atque vrbium cladem atque excidium iure possint formidare: quibus deinde

Quotempore
decem
tium Reges
erunt.

deinde prodigatis, regio que ex turbatis solitas dem illi, de eam Reges, totum pro-
 tianant & latissimum toto orbe obtineant principatum. *Wannisse*
 511. Sequitur: *Et negotiatores terra stebunt.* & *lugebunt super illam: quoniam marces eo*
rum non ement amplius. Mercatorum quoque maxime illud quod declaratur quon-
 niam Roma eorum laudaretur illis magna ex parte negotiatio, & illud importan-
 dis in urbem frequentissimam mercibus singulare eorum commercium. Nam licet in-
 alijs quoque urbibus mercaturam possint exercere non tam in tanto lucro, quam
 tum ex Romana urbe obdiuitias, civiumque, ac mercatorum frequentiam por-
 portabant. Id quod magis explicatur, cum Romana urbis opulentia, & mercium
 omnis generis copia simul, pretiumque commemoratur. *Merces, inquit, aurum,*
argentum, & lapidum pretiosi, & margaritae, & byssi, & purpurae, & serici, & cocci, & om-
nium thymum, (certum est ligni odorati genus, cuius fit mentio 3. Reg. 10.) &
omnia vase ebria, & omnia vase de lapide pretioso, (Graece non lapidem, sed lignum legi-
mus, & Euxinae quae res, id est, ex ligno pretiosissimo: & ita quoque legunt Arctias,
Andreas, & Primatius) & argento, hoc est, ex auro, & ferre, & marmore, & cin-
namomum, (de hoc fructu lege Plinium li. 12, cap. 9.) & odoramentorum, & vnguentis,
& stauris, & vini, & olei, & similia, & tritici, & instrumentorum, & vinum, & equorum, &
rhodanum, (curruum genus, & mancipiorum, & animarum hominum.) Mancipia quaedam
 emebantur ad seruendum, & haec nomine mancipiorum hoc loco accipienda sunt:
 alia, ut bestias obicerentur, aut inter se gladiatorio more pugnarent, seque mu-
 tud interficerent, quae per hominum animas intelliguntur: in quorum mancipio-
 rum duplici genere etiam mercatores Romae bene stabantur, quod est ei plimodi
 mancipiorum usus apud Romanos frequentissimus. Et *poma desiderij sanum & tua dis-*
cesserunt a te, & omnia pinguis, & praeclara perierunt a te, & amplius illa iam non inueniunt.
 Angelus est, qui laqueum quasi Babylonis insultans: per poma uide desiderij omnes
 arborum fructus accipiedi sunt, qui etiam ad delicias, ac luxum pertinent: per pinguis
 vero, & praeclara omnia deliciarum carnis genera intelligenda. *Mercatores horum*
qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum eius, stantes, ac lucentes, &
discentes. Vnde, & eius illa magna, quae amictus erat byssi, & purpurae, & cocci, & deus at a-
erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam una hora desinit, & sanctorum diuitia: quo
loco una hora pro breuissimo tempore ponitur. Et omnis gubernator, & omnis, qui in la-
em nauigat, id est, qui parois nauigijs, cuiusmodi sunt, quae in lacubus, & fluminibus in-
feruntur, vtuntur. Cuiusmodi non absolute omnes totius orbis gubernatores
magnarum nauium, & qui parois nauigijs vtuntur, accipias: sed magna eorum par-
te, id est, omnes illos, qui cum Roma habebant commercium: parua vero illa nauig-
gia hodie que in Tyberim uolantur, alij que in partibus Italiae, & qui in mari uentum in
lonie stent, & aliam uentum uidentes loquuntur, dicentes: Quae similia diuitias hanc
uicem? Et miserunt puluere super caput suum. Magnitudo laetus, & imperatoris exprimitur
more. Serpentes, & Echidnae uentum stent, & gementes, dicentes: Haec, & ciuitas illa magna,
in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant nauis in mari, & pretij eius, quoniam una hora
desolata est. Manifesta sunt ex superioribus. Exulta super eam caelum, & sancti Apo-
stoli, & Prophetae, quoniam indicant. Deus iudicium egessit de illa. Angelus est, qui lo-
quitur, in hunc modum: Apostolo, & Prophetae gaudere de Romanorum uerbis
exerbatione propter multum sanguinis Martyrum, quibus in ea, effusus est: multi enim
sancti in ea, & quos illa clarissima Apostolorum Iuudae Petrus, & Paulus, & Pro-
phetae etiam pro Christi fide, & religionis sanctissima sanguinem, & vitam pro-
 fuderunt.

- Denique, ne putaremus Babylonem temporalibus tantum istis supplicijs à Deo V.

Sempiterna
Babylon
apud inferos
Supplicium
Civitas
magna vene-
ficia

poniendam; subiungitur quoque de sempiternis apud inferos. *Et suffalio*, inquit, *unus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum; & misit in mare, dicens: Hoc im-*
petum misit in mare Babylonem et in illa magna, & visis iam non inuenietur. Quia similitudine
 non solum magnitudo suppliciorum Babylonis in hac vita, sed etiam apud in-
 feros explicatur, ducta metaphora à molari lapide gravissimo, qui cum in mare
 iacitur, magno impetu quam volentissime in profundum demergitur. Sic enim Ba-
 bylon pondere gravissimo peccatorum ad inferos usque summa celeritate præ-
 ceptu rapti quo fiet, ut omnia deliciarum genera, quibus antea delectabatur, sem-
 piternum ad hunc finem habituras, quem ad modum consequentia verba declarant. *Et*
vox orbis eorum, & muscorum, & tibia æneorum, & tuba non audietur in te amplius,
& omnia artifex omnis artu non inuenietur in te amplius, & vox mola non audietur in te
amplius, hoc est, non amplius in te moletur frumentum, quia non erit, cui vsui
esse possit: Et lux lucerne non lucebit in te amplius, & vox sponsi, & sponsa non audietur
adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terre, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes
gentes. Significatur Romam vanis suis superstitiis omnibus, imo & præmiis atque ho-
 noribus, quæ hoc loco propter vim, quam habent ad animos permouendos, ve-
 neficia appellantur, omnes mundinationes ad idolorum cultum, falsamque festo-
 rum Deorum religionem suscipiendam incitasse. *Et in ea sanguis prophetarum, &*
sanctorum inuentus est, & omnium, qui interfecti sunt in terra. His verbis tantæ Babylo-
 nis illatae cladis, & euersionis causa comprehenditur. Quod verò dicitur Romæ
 inuentum fuisse sanguinem omnium, qui inuenti sunt in terra, non significat, quot
 quot propter fidem passi sunt, Romæ martyriū subiisse: sed eorum omnium necis,
 & martyriū Romam auctorem fuisse, eū ipsa vniuersi orbis imperiū obtineret, at-
 que ex imperatorum Romanorum iussu, & edictis in omnibus Romani imperij
 provinciis fideles ad martyriū quærentur, atque à Perceptoribus, & Iudicibus
 ex Romani imperatoris auctoritate necarentur. Hæc sunt, quæ in hac Babylo-
 nis damnatione in tanta opinionum varietate probabiliora, & magis contextui,
 & instituto Ioannis consentanea existimauimus.

VI. Illud hoc loco annotauerim ex infinitis, omnique generis pretiosissimis mer-
 cibus, quæ hoc loco commemorantur, manifestè colligi Romam extremis mon-
 di temporibus, postquam à fide defecerit, ad summam potentiam, optimamque ma-
 gnitudinem peruenturam, cuiusque imperium sub decem illis toties nominatis
 Regibus vniuerso orbis late propagandum, futurumque florantissimum. Nam
 quod summa ista diuitia ad Romam illam antequam fidem Christi receperit,
 nihilimè pertineant, non obscure indicatur illis verbis: *Et audiri vocem aliam de cae-*
la dicentem: Exite de ista populus meus, ne participetis scelerum eius, ut deplagis eius non
accipiatis. Cum enim fidelibus præcipitur, ut de illa exeat, ne simul eius calamita-
 tes inuoluatur, profectò ostenditur sermonem esse non de Româ illa anti qua, eū
 nullam eam fideles erant, sed de illa, quæ florebit extremo mundi tempore. Itaque
 extremis illis temporibus florantissima erit Romana vrbis, latissimumque eius
 imperium, in magnis viuet deliciis, in summaque rerum omnium affluentia, &
 copia, simul tamen idololatria seruet, omnique superstitioni genere imbuta. De-
 monibus, falsisque diis sacrificabit. Quam ob causam, & propter infinitam vim
 sanguinis & martyrum, quem sub Romanis Imperatoribus effudit, Deo accerrimè
 & iustissimè in illam vindicante ab illis decem Regibus euertetur fundi-
 tus, interitumque, ac maxime laetuosum incendio deflagrabit.

Roma futura
op' & im-
petium.

VIE GA
Apoca lyp
17
23

